

Creugas prior Damoxeno in caput plagam inflixit. Fuit hic illum manum im-  
motam sustinere, Quod cum ille fecisset, Damoxenus infestis digitis partem  
alijs petijt, quae infra costas est. Ea uero fuit cum unguium duritia, tum  
incursionis impetus, ut immissis utriusq; manibus viscera apprehendent, eaq;  
dilaniata extraxerit. Expirauit statim Creugas, Argiui uero Damoxenam,  
quod pactis non stetisset, quippe qui non uno, sed pluribus ualuenibus aduer-  
sarium confecisset, exilio multarunt: Creugae iam mortuo palmam detule-  
runt, eidemq; statuam Argis posuerunt, quae ad Pausanica usq; aetatem  
in Lycij Apollinis fano fuit.

Isthmia, in quibus qui uicisset coronam ex pinis reportabat, sic dicta  
ab Isthmo Peloponesi, in cuius faucibus celebrabantur non procul a templo Neptu-  
ni, in cuius honorem etiam instituta sunt a Theseo, ut Plutarcho uidetur,  
Sic enim de institutione horum ludorum in vita Thesei scribit: Theseus  
primus Neptuno certamen instituit, glorianq; est solitus, ob Herculem Olympia  
Ioni